

4603.

1350 Aug. 9.

Stockholm.

Konung Magnus tager i sin fred och sitt beskydd Vreta kloster med all dess egendom och underlydande.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Magnus, Dei gracia rex Suecie Noruegie et Scanie, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noueritis quod nos religiosas dominas, abbatissam et conuentum monasterii Wretæ cum omnibus bonis earum, mobilibus et immobilibus, familiisque et personis in eisdem commorantibus sub nostram pacem et proteccionem suscipimus specialiter defendendas, sub obtentu gracie nostre prohibentes firmiter et districte, nequis, cuiuscumque condicionis, status aut eminencie existat, abbatissam et sanctimoniales predictas contra tenorem presencium presumat vel audeat quomodolibet impetere vel grauare, prout indignacionem Dei omnipotentis et nostram vindictam voluerit euitare, presertim cum rogati nobis assumimus pro dicto conuentu et sanctimonialibus ac earum familiis in causis ipsas tangentibus respondere. Datum Stocholmis anno Domini millesimo ccc^ol^o in vigilia beati Laurentii martyris.

Fragment af konungens stora sigill.

4604.

1350 Aug. 10.

Gustaf Birgersson och Margareta Birgersdotter gifva sin egendom i Blådinge, som de ärft efter sin syster Elena, till sitt brorsbarn Birger Nilsson med vilkor att det skulle anses som hans fäderne.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Godstaus Byrghysson et Margareta Byrghysdothir in Domino salutem sempiternam. Tenore presencium constare volumus euidenter nos omnia bona nostra in Blædhinge sita, que nobis post obitum dilecte sororis nostre, Elene nomine, hereditario jure prouenerunt, Byrgero Niclisson, dilecto fratrueli nostro, cum omnibus suis pertinenciis, vbicumque situatis, annuisse penitus et dedisse, ita tamen, quod in patrimonium et non matrimonium maneant liberis de se procreatis vel hac racione, quod, si ipsum mori contingat sine liberis, extunc supradicta bona suis proximis heredibus paternatis(!) et non maternatis(!) in perpetuum cedere debeant jure perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis discretorum virorum, videlicet domini Byrgeri Gregorisson, Johannis Gregorisson et Gudthormi Thorisson presentibus est appensum. Scriptum anno Domini m^occc^o quinquagesimo die sancti Laurentii martiris.

På baksidan: vm Blædhinge Birgheri Niclisson.

Sigillen: n. 1 (sparre): af omskriften . IRGI .; n. 2 (klufven sköld, t. h. tre ginbalkar): . IGILLUM BIRGERI GREG . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 686); n. 3 (= n. 2): SIGILLUM JOHNS GREGO . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 687); n. 4 (klufven sköld): . G . . OR . . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 483).